



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Gallus Cantans, Das ist: Krähender Hauß-Hahn

Trauner, Ignatius

Augspurg ; Dillingen, 1695

Index Concionatorius, In Dominicas totius anni in Gratiam Concionatorum
ita dispositus, ut quilibet pro libitu diversos conceptus super singulas
Dominicas sibi formare, ac sermones in hoc opere ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51698](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51698)

I N D E X

CONCIONATORIUS,

In Dominicis totius anni in Gratiam Concionatorum
ita dispositus, ut quilibet pro libitu diversos conceptus super singulas
Dominicas sibi formare, ac sermones in hoc opere contentos
desuper applicare possit.

Dominicæ I. Adventus.

Appropriari potest Concio 2. Anni I. de peccat. mort. fol. 22. sub Themate: respicite, & levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Luc. 21. v. 28. *argumentum*: Hora est jam de somno surgere, cum propior sit salus nostra, somnus enim peccati, est mors animæ.

Item.

Conc. 3. An. I. de Pœnit. f. 39 & Conc. 5. An. III. de Lachrymis. f. 415. sub Them. quo supra, *argum.* Pœnitentia sera, raro vera.

Dominicæ II. Adventus.

Appropriari potest Conc. 1. An. I. de Contemptu mundi. fol. 1. & Conc. 2. An. IV. de Vanit. mund. 521. sub Them. *Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?* Matth. 11. v. 7. *arg.* Mundus instabilis, ut arundo vento agitata.

Item.

Conc. 2. An. I. de Peccat. mort. fol. 22. sub Themate: *mortui resurgunt.* Matth. 11. v. 5. *argum.* Quomodo homines moriantur peccato, & mortui resurgant.

Item.

Conc. 6. An. I. de Persev. fol. 97. sub Themate: *Quid existis in desertum vide-*

re? arundinem vento agitatam? Matth. 11. v. 7. *argum.* non ad modum arundinis movibilis agitur S. Joannes, sed constantis manet in Confessione Christi.

Item.

Conc. 3. An. III. de Peccat. obstinat. fol. 366. sub Themate: *cum audisset Joannes in vinculis.* Matth. 11. v. 2. *argum.* Joannes in vinculis non deposuit memoriam Dei, e contra peccator obstinatus, quamvis maximis miseriis affligatur, in minimo non movetur & convertitur.

Dominicæ III. Adventus.

Appropriari potest Conc. 2. An. I. de Peccato mort. fol. 22. sub Themate: *Tu quis es?* Joan. 1. v. 19. *argum.* Homo in peccato mortali constitutus vix cognoscibilis est, ideoque jure merito quæri potest: *tu quis es?*

Item.

Conc. 3. An. I. de Pœnit. fol. 39. & Conc. 5 An. III. de Lachrymis; fol. 415. sub Themate: *non sum.* Joan. 1. v. 21. *argum.* Per Pœnitentiam non sum amplius ille peccator, qui fui.

Item.

Conc. 1. An. II. de Superb. fol. 141. sub The-

I N D E X

Themate: *Quid dicis de te ipso? Ego vox clamantis in deserto:* Joan. 1. v. 22. *argum.* Quid dicis de te ipso superbe? cùm S. Joannes ex humilitate se vocem clamantem in deserto dixerit.

Dominicæ IV. Adventûs.

Appropriari potest Conc. 2. An. I. de peccato mort. fol. 22. sub Themate: *Vox clamantis in deserto, parate viam Domini.* Luc. 3. v. 4. *argum.* idè S. Joannes potiùs in deserto seu rigidâ sylvâ quàm in Civitate concionari voluit, ut eò faciliùs etiam feram Naturam peccati mortalis demonstrare potuerit.

Item.

Conc. 3. An. I. de Pœnit. fol. 39. & Conc. 5. An. III. de Lachrymis: fol. 415. sub Themate: quo supra. *argum.* Commendetur pœnitentia serâ & celeris.

Item.

Conc. 4. An. I. de Confess. fol. 58. sub eodem Them. *parate viam Domini.* loco cit. *argum.* Qualis debeat esse Confessio Sacramentalis.

Item.

Conc. 5. An. I. de SS. Euch. fol. 79. sub eod. Them. *argum.* quâ ratione, & quo honore Christus in sacra Communione excipiendus sit.

Item.

Conc. 1. An. II. de superbia. fol. 141. sub Them. *omnis mons & collis humiliabitur.* Luc. 3. v. 5. *argum.* Superbi & ambitiosi humiliandi, & elatio animi serenitatem Veritatis offuscat.

Festo Nativitatis Domini.

Appropriari potest Conc. 1. An. I. de Contemptu mundi. fol. 1. & Conc. 2. An. IV. de Vanit. mundi. fol. 521. sub Them. *Custodientes Vigiliis noctis.* Luc. 2. v. 8.

argum. Mundus non habet bonum, nisi superficialiter & apparenter, in puncto autem evanescit.

Dominicæ Infra Oêt. Nativ. Christi.

Appropriari potest Conc. 3. An. I. de Pœnitentia. fol. 39. & Conc. 5. An. III. de Lachrym. fol. 415. sub Them. & in resurrectionem multorum. Luc. 2. v. 34. *argum.* Quomodo nos spiritualiter sc. per pœnitentiam resurgere debeamus.

Item.

Conc. 6. An. I. de Persever. fol. 97. sub Them. *qua non discedebat de templo in jejuniis & obsecrationibus serviens nocte ac die.* Luc. 2. v. 37. *argum.* Perseverantia necessaria est in servitio Dei.

Item.

Conc. 4. An. IV. de Tribul. fol. 568. sub Them. *tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit.* Luc. 2. v. 35. *argum.* Utilitas tribulationum.

Item.

Conc. de Pass. Dom. An. I. fol. 114. sub eod. Them. *argum.* Dolores dolorosæ Matris tempore Passionis Filii.

Festo Circumcisionis Dom.

Appropriari potest Conc. 1. n. IV. de Educ. Fil. fol. 496. sub Themate: *ut circumcideretur Puer.* Luc. 2. v. 21. *argum.* vitia filiorum per parentes anxie circumcidi curentur.

Epiphaniæ Domini.

Appropriari potest Conc. 3. An. I. de Pœnit. & Conc. 5. An. III. de Lachrym. fol. 415. sub Themate: *Et reversi sunt per aliam viam.* Matth. 2. v. 12. *argum.* non per meliorem viam revertitur peccator, quàm per viam pœnitentiæ.

Item.

CONCIONATORIUS.

Item.

Conc. 3. An. IV. *de Eleemosyna.* fol. 545. sub Themate: *apertis thesauris suis obulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.* Matth. 2. v. 11. *argum.* Quidquid datur pauperibus, offertur ipsi Deo.

Dominicæ I. post Epiph.

Appropriari potest Conc. 2. An. I. *de peccato mort.* fol. 22. sub Themate: *remansit puer Iesus in Ierusalem, & non cognoverunt parentes ejus.* Luc. 2. v. 43. *argum.* quàm noxia sit amissio Dei per peccatum mortale.

Item.

Conc. 1. An. IV. *de Educ. Filior.* fol. 496. sub Themate: *descendit cum illis in Nazareth, & erat subditus illis.* Luc. 2. v. 51. *argum.* officium parentum, qualiter nimirum se erga filios suos habere debeant, & hi vicissim erga parentes.

Dominicæ II. post Epiph.

Appropriari potest Conc. 1. An. I. *de Contemptu mundi.* fol. 1. & Conc. 2. An. IV. *de Vanitate mundi.* fol. 521. sub Themate: *omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est.* Joan. 2. v. 10. *arg.* Mundus primo bonum vinum ponit, scilicet gloriæ, delectationis, favoris &c. postea deterius.

Item.

Conc. 6. An. II. *de Gula.* fol. 244. sub Them. *vocatus est Iesus ad nuptias & discipuli ejus.* Joan. 2. v. 2. *argum.* Convivia qualia esse debeant.

Dominicæ III. post Epiph.

Appropriari potest Conc. 2. An. I. *de peccato mortali.* fol. 22. sub Them. *Ecce leprosus veniens.* Matth. 8. v. 2. *argum.* peccatum fœtat, ac si esset fœtor infernalis.

Item.

Conc. 4. An. I. *de Confess.* fol. 58. sub Them. *Domine, si vis, potes me mundare.* Matth. 8. v. 2. *argum.* Qui vult sanari in anima, debet confiteri peccata sua sincere, & sine pudore.

Item.

Conc. 5. An. IV. *de Orat.* fol. 592. sub Themate. *veniens adorabat eum.* Matth. 8. v. 2. *argum.* leprosus iste non solum accedebat corpore, sed & corde, & ideo mundatus est, itaque oratio ut exaudiatur, debet procedere ex corde.

Dominicæ IV. post Epiph.

Appropriari potest Conc. 1. An. I. *de Contemptu mundi.* fol. 1. & Conc. 2. An. IV. *de Vanitate mundi.* fol. 521. sub Them. *Motus magnus factus est in mari.* Matt. 8. v. 24. *argum.* Nec pelago fidendum, nec mundo, in quo procellæ sunt mala poenæ & culpæ.

Item.

Conc. 2. An. I. *de peccato mortali.* fol. 22. sub Them. *Ascendente IESU in naviculam.* Matth. 8. v. 23. *argum.* JESUS excitando in mari tempestatem, fecit illud Scholam virtutum, fidei, fiduciæ, timoris, amoris erga Deum, & orationis, quarum Virtutum actibus eo pervenire possumus, ut in hoc mundo, præter peccatum, nihil timeamus.

Item.

Conc. 4. An. IV. *de Tribul.* fol. 568. sub Them. *& facta est tranquillitas magna.* Matth. 8. v. 26. *argum.* tribulationes sequitur exultatio, ac tranquillitas.

Dominicæ V. post Epiph.

Appropriari potest Conc. 1. An. I. *de contemptu mundi.* fol. 1. & Conc. 2. An. IV.

de Vanitate mundi. fol. 521. sub Them. Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? unde ergo habet zizania? Matth. 13. v. 27. *argum.* in mundo nulla rosa sine spinis: nulla lætitia sine tristitia.

Item.

Conc. 2. An. I. de peccato mortali, sub eod. Them. scilicet: unde habet zizania? loco cit. *argum.* Peccatum offendit Deum, & omne id, quod est infra Deum.

Item.

Conc. 4. An. I. de Confess. fol. 58. sub Themate: bonum semen seminasti. Matth. 13. v. 27. *argum.* bonum semen Confessio peccatorum.

Item.

Conc. 4. An. II. de invidia. fol. 200. sub Them. inimicus homo hoc fecit. Matth. 13. v. 28. *argum.* Quantum malum invidia, hoc vitio corruptus inimicus superfeminavit zizania.

Item.

Conc. 7. An. II. de Acedia. fol. 262. sub Them. unde ergo habet zizania. Matth. 13. v. 27. *argum.* Cum dormirent homines, venit inimicus homo & superfeminavit zizania, jam vide in sensu morali quantum acedia noceat animæ.

Item.

Conc. 2. An. III. de pecc. ven. fol. 339. sub Them. cum autem crevisset herba. Matth. 13. v. 26. *argum.* peccata venialia disponunt ad mortalia.

Item.

Conc. 6. An. III. de vit. occas. peccan. fol. 441. sub Them. unde ergo habet zizania. Matth. 13. vers. 27. *argum.* Confessio est bonum semen, quæres, unde ergo habet zizania? respondeo, quia occasiones peccandi de novo frequentasti.

Dominicæ VI. post Epiph.

Appropriari potest Conc. 1. An. II. de Superbia. f. 141. sub Themate: Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo, quod minimum quidem est omnibus seminibus, cum autem creverit majus est omnibus oleribus, & fit arbor, ut volucres cæli veniant, & habitent in ramis ejus, Matth. 13. v. 31. *argum.* Vix est homo etiam in vilissimæ conditionis, qui non superbiâ agitatur.

Item.

Conc. 2. An. III. de peccato venial. fol. 339. sub eodem Themate: *argum.* qui non vitat venialia facillè labitur in mortalia peccata.

Dominicæ Septuagesimæ.

Appropriari potest Conc. 3. An. I. de Pœnit. fol. 39. & Conc. 5. An. III. de Lachrym. fol. 415. sub Themate: circa undecimam horam verò existit, & invenit alios stantes, Matth. 20. v. 5. *argum.* Pœnitentia fera, rarò vera.

Item.

Conc. 4. An. II. de Invidia fol. 200. sub Themate: an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Matth. 20. v. 15. *argum.* Quantum malum sit Invidia, quo vitio operarius ille, de quo in hoc Evangelio agitur, corruptus erat.

Item applicat.

Conc. 1. An. III. de frag. Hum. fol. 314. sub Them. voca operarios, & redde illis mercedem. Matth. 20. v. 8. *argum.* Fides sine operibus mortua, & ad salutem non sufficiens.

Item.

Conc. 7. An. II. de acedia. fol. 262. sub Them. quid hic stas totâ diè otiosus? Matth.

CONCIONATORIUS.

Matth. 20. v. 6. *argum.* Otium multam
docet malitiam.

Item.

Conc. 6. Anni IV. de lingua. fol. 620.
sub Themate: *an oculus tuus nequam est.*
Matth. 20 v. 15. *argum.* Inveſtiva in De-
tractores.

Dominicæ Sexageſimæ.

Appropriari poteſt. Conc. 3. An. I. de
Pœnitentia. fol. 39. & Conc. 5. An. III. de
Lachrym. fol. 415. ſub Them. *aliud cecidit*
ſupra petram, & natum aruit. Luc. 8. v. 6.
argum. Ne ſemper lapis ſis, oportet, quòd
hodie pœnitentiam agere incipias.

Item.

Conc. 2. An. II. de avarit. fol. 160. ſub
Them. *Quod autem in ſſinas cecidit, hi*
ſunt qui audierunt, & à ſollicitudinibus &
divitiis euntes ſuffocantur, & non reſe-
runt fructum. Luc. 8. v. 7. *argum.* Quan-
tum malum ſit avaritia, imò omnium vi-
tiorum maximum.

Item.

Conc. 3. An. II. de Luxur. fol. 179. ſub
Them. *aliud cecidit ſecus viam & concu-*
ſcatum eſt. Luc. 8. v. 5. *argum.* libidinoſi
difficiliter intrant Regnum Cœlorum.

Dominicæ Quinquageſimæ.

Appropriari poteſt. Conc. 2. An. I. de
peccat. mort. fol. 22. ſub Themate: *Cæcus*
quidam ſedebat ſecus viam. Luc. 18. v. 35.
argum. Peccatum exæcat hominem, à
qua cæcitate nos Deus liberare poteſt.

Item.

Conc. 3. An. I. de Pœnit. fol. 39. & Conc.
5. An. III. de Lachrym. fol. 415. ſub Them.
Domine ut videam. Luc. 18. v. 41. *argum.*
Deum rogare oportet, ut nobis oculos
ſperire dignetur, ut videre poſſimus pœ-

nitentiam ſeram eſſe incertam, & diffici-
liorem.

Item.

Conc. de Paſſ. Domini. ad Finem cu-
juſlibet anni. fol. 114. 285. 467. & fol. 646.
ſub Themate: *Ecce aſcendimus Jerofoli-*
mam. & c. Lucæ 18. verſ. 31. *argum.* Com-
pendioſa expoſitio totius Paſſionis Do-
minicæ.

Item.

Conc. 4. An. III. de Oculo Dei, ſeu ejus
miſericordia. fol. 391. ſub Themate: *Do-*
mine ut videam. Lucæ 18. v. 41. *argum.*
rectè clamavit cæcus; Domine ut vi-
deam: cùm mirabilia efficiat oculus hu-
manus, longe majoris autem Virtutis eſt
oculus Divinus.

Dominicæ I. Quadrageſimæ.

Appropriari poteſt Conc. 1. An. I. de
contemptu mundi. fol. 1. & Conc. 2. An. IV.
de Vanit. mundi. fol. 521. ſub Themate:
Oſtendit ei omnia regna mundi & glo-
riam eorum. Matth. 4. v. 8. *argum.* Chri-
ſtus & djabolus diverſimodè oſtendunt
regna, & gloriam eorum, ille vera, po-
ſterior falſa.

Item.

Conc. 4. An. IV. de Tribul. fol. 568. ſub
Them. *Ductus eſt Jeſus in deſertum à Spi-*
ritu, ut tentaretur à diabolo. Matth. 4. v. 1.
argum. tribulationes præſentis vitæ ho-
minem quaſi in Deum mutant.

Dominicæ II. Quadrageſimæ.

Appropriari poteſt Conc. 1. An. I. de
contemptu mundi. fol. 1. & Conc. 2. An.
IV. de Vanitate mundi. fol. 521. ſub Them.
reſplenduit facies ejus, ſicut Sol. Matth.
17. v. 2. *argum.* Sicut Sol detegit macu-
las pannorum, & navos vultûs, ita Sol
gloriæ

INDEX

gloriæ cœlestis, illustrando vanitates mundi, ejus venustatem turpem esse ostendit.

Item.

Conc. 3. An. I. de *Pœnit.* fol. 39. & Conc. 5. An. III. de *Lachrym.* fol. 415. sub Them. & duxit illos in montem excelsum seorsum. Matth. 17. v. 1. arg. Ad pœnitentiam ut montem myrrhæ, citò festinandum.

Item.

Conc. 5. An. IV. de *Orat.* fol. 592. sub Them. *Domine miserere mei.* Matth. 15. v. 22. argum. Necessitas, utilitas, & efficacia orationis continuæ.

Dominicæ III. Quadragesimæ.

Appropriari potest Conc. 2. An. I. de *pecc. mort.* fol. 22. sub Themate: *Erat Jesus ejiciens damonium, & illud erat mutuum; & cum eiecisset damonium, locutus est mutus.* Luc. 11. v. 14. argument. Mala quæ sint peccati, quod ipsum hominem quasi in dæmonem transformari potest, & quæ bona è contra sint confessionis. *Vel:* licet diabolus mutum faciat peccatorem, peccatum tamen continuo loquitur ad cor illius.

Item.

Conc. 4. An. I. de *Confess.* fol. 58. sub eodem Them. argum. Necessitas Confessionis sacramentalis ad dæmonium ejiciendum: quæ non debet esse muta, licet dæmon maximè impedire conetur.

Item.

Conc. 6. An. IV. de *lingua.* fol. 620. sub Them. *locutus est mutus* Luc. 11. v. 14. arg. Nil melius linguâ, si ad bonum applicatur, nil autem pejus, si ad malum.

Dominicæ IV. Quadragesimæ.

Appropriari potest Conc. 1. An. I. de *contemptu mundi.* fol. 1. & Conc. 2. An. IV.

de *Vanitate mund.* fol. 521. sub Them. *fugit in montem.* Joan. 6. v. 15. arg. *Mundus, seu favor mundanus & dignitates non exaltant hominem, sed supprimunt.*

Item.

Conc. 5. An. I. de *SS. Euchar.* fol. 79. sub Themate: *erat autem proximum Pascha, dies festus Judæorum.* Joan. 6. v. 4. argum. Quomodo circa proximum pascha, diem festum Christianorum præparare se oporteat ad S. Synaxin.

Item.

Conc. 4. An. III. de *Oculo Dei,* seu ejus *miserordia.* 391. sub Them. *cum sublevasset oculos.* Joan. 6. v. 5. argum. *Oculi Dei semper nobis gratiam conferunt.*

Item.

Conc. 6. An. III. de *vit. occas. pecc.* fol. 441. sub Themate: *fugit ille solus in montem.* Joan. 6. v. 15. argum. ad exemplum Christi fuge occasiones peccandi.

Item.

Conc. 3. An. IV. de *Eleem.* fol. 545. sub Them. *accepit ergo Jesus panes, & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus.* Joan. 6. v. 11. argum. *Valor Eleemosynæ.*

Dominicæ Passionis.

Appropriari potest Conc. 2. An. I. de *peccato mortali.* fol. 22. sub Them. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Joan. 8. v. 45. argum. Peccatum omnium terribilium terribilissimum, quod Deus non fecit, nec facere potuit, unde se Judæis tam audacter opponit: *Quis ex vobis &c.*

Dominicæ Palmarum.

Appropriari potest Conc. 1. An. I. de *contemptu mundi.* fol. 1. & Conc. 2. An. IV. de *Vanit. mund.* fol. 521. sub Them. *Benedictus qui venit.* Matth. 21. v. 9. argum. *Mun-*

CONCIONATORIUS.

Mundus initio propinat mel, demùm fel.
Item.

Conc. 2. An. I. de Peccat. mort. fol. 22. sub Themate: *Invenietis asinam alligatam & pullum solvite, & adducite mihi.* Matth. 21. v. 2. *arg.* Peccator, præterquam quòd captivus sit diaboli, velut servus ad triremes catenis oneratur & vinculis, & meritiò quia tales licet captivi, continuò sedent in scamno culpæ in triremi remigantes, cujus portus est infernus, illos igitur venit solvere & liberare Salvator nolter

Item.

Conc. 4. An. I. de Confess. fol. 58. sub eod. Them. *solvite, & adducite mihi loc. cit. argum.* Necessitas & integritas Confess. Sac. & quomodo faciendâ.

Item.

Conc. 3. An. I. de SS. Euch. fol. 79. sub Themate: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Matth. 21. v. 9. *argum.* Præparatio proxima ad S. Communionem.

In Cæna Domini,

Appropriari potest Conc. 5. An. I. de SS. Euch. fol. 79. sub Themate: *cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Joan. 13. v. 1. *argum.* Christi D. amor patet ex institutione venerab. Sacramenti.

Item.

Conc. 6. An. I. de Perseverantia. fol. 97. sub eodem Them. *argum.* Sicut Christus in finem nos dilexit, ita & nos in finem usque perseveremus in ejus amore.

In Parasceve.

Appropriari possunt Conc. de Passione Domini. in fine cujuslibet anni 114. 285. 467. & fol. 646.

Dominicæ Resurrectionis Christi.

Appropriari potest. Conc. 3. An. I. de Pœnit. fol. 39. & Conc. 5. An. III. de Lachrym. f. 415. sub Them. *Surrexit non est hic, ecce locus ubi posuerunt eum.* Marc. 16. v. 6. *argum.* omnes qui in monumentis sunt peccatorum ad spiritualem resurrectionem evocantur.

Item.

Conc. 4. An. IV. de Tribul. fol. 568. sub Them. *orto jam Sole.* Marc. 16. v. 2. *argum.* Velox cursus Christi Domini de Passione ad resurrectionem monstrat. tribulationes hujus vitæ momentaneas esse respectu præmiorum futurorum.

Feriæ II. Paschatis.

Appropriari potest Conc. 5. An. I. de SS. Euch. fol. 79. sub Themate: *mane nobiscum, quoniam advesperascit.* Luc. 24. v. 29. *argum.* Manet æmper nobiscum Dominus, non in propria sed in Sacramentali effigie.

Item.

Conc. 1. An. III. de frag. human. fol. 314. sub Themate: *Qui sunt hi sermones, quos conferitis ad invicem, & estis tristes?* Lucæ 24. v. 17. *argum.* Humana natura ex se nihil, virtute tamen divinæ gratiæ plurimum valet.

Item.

Conc. 6. An. III. de vit. occas. peccan. fol. 441. sub Them. *mane nobiscum, quoniam advesperascit, & inclinata est jam dies.* Luc. 24. v. 29. *argum.* Mane, ô homo! domi, & noli occasiones peccandi quære, ne in antiquam redeas sylvam.

Item.

Conc. 4. An. IV. de Trib. 568. sub Them. *Nonne hoc oportuit pati Christum, & intrare in gloriam suam?* Lucæ 24. v. 26. *argum.*

argum. per afflictiones & ignominias gloriam cum Christo acquirimus æternam.

Feriæ III. Paschatis.

Appropriari potest Conc. 2. An. I. de peccato mortali. fol. 22. sub Them. *Oportebat Christum pati*: Lucæ 24. v. 46. *argum.* Gravitas peccati mortalis cognosci debet ex intensione Passionis Domini, cum passio fuerit medicina hujus morbi.

Item.

Conc. 4. An. IV. de Tribul. fol. 568. sub Them. *favum mellis*. Lucæ 24. v. 42. *argum.* hoc signo Christus discipulos edocuit, quod ipsi exemplo suo prius tribulationibus desiccandi, ac deinde favo confurgendi secum forent satiandi.

Dominicæ in Albis.

Appropriari potest Conc. 1. An. I. de Contemptu mundi. fol. 1. & Conc. 2. An. IV. de Vanit. mundi. fol. 521. sub Themate: *Pax vobis*. Joan. 20. v. 26. *argum.* sincerè iis pacem optavit, non sicuti mundus, in quo omnia ficta sunt, & fucata.

Item.

Conc. 4. An. I. de Confess. fol. 58. sub Them. *Quorum remiseritis peccata, remittantur eis*. Joan. 20. v. 23. *argum.* Beneficia Confessionis, & quod hæc sit res antiqua & Deo chara.

Item.

Conc. 4. An. IV. de Tribul. fol. 568. sub Them. *Gavisi sunt discipuli*. Joan. 20. v. 20. *argum.* Nulla afflictio immittitur, nisi ob majus bonum, discipuli enim non fuissent gavisi, nisi antea fuissent afflcti.

Dominicæ II. post Pascha.

Appropriari potest Conc. 4. An. I. de Confess. fol. 8. sub Them. *Ego sum Pastor*

bonus, & cognosco oves meas. Joan. 11. v. 14. *argum.* Homo debet imitari bonum Pastorem, & cognoscere per examen, an aliqua ovis deperdita sit, hoc est sua peccata, dein cum bono Pastore educere oves ad pascu, hoc est, per linguam illa proferre, & integrè confiteri.

Dominicæ III. post Pascha.

Appropriari potest Conc. 1. An. I. de Contemptu mundi. fol. 1. & Conc. 2. An. IV. de Vanitate mundi. fol. 521. sub Them. *Modicum & videbitis me, & iterum modicum, & non videbitis me*. Joan. 16. v. 16. *argum.* Homo ad æternitatem creatus sapius à modico id est mundo tentatur & perit, cui tentationi modico resistere potuisset. *Vel*: morientes experimur, mundana nil fuisse, nisi modicum.

Item.

Conc. 4. An. IV. de Tribul. fol. 568. sub Them. *Vos nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis*. Joan. 16. v. 22. *argum.* Tribulationes hujus vitæ sequuntur infalibilibiter gaudia æterna.

Dominicæ IV. post Pascha.

Appropriari potest Conc. 1. An. I. de Contemptu mundi. fol. 1. & Conc. 2. An. IV. de Vanitate mundi. fol. 521. sub Them. *Cum venerit Paraclytus, arguet mundum de peccato*. Joan. 16. v. 8. *argum.* mundus per se bonus, amabilis & valdè laudabilis, quem solum fædat peccatum.

Item.

Conc. 3. An. I. de Pœnit. fol. 39. sub Themate: *Vado ad eum, qui misit me, & nemo interrogat me, quo vadis*. Joan. 16. v. 5. *argum.* Pœnitentia non differenda.

Item.

CONCIONATORIUS.

Item.

Conc. 4. An. I. de *Confess.* f. 58. sub eod. Themate: *Vado ad eum, qui misit me.* Joan. 16. v. 5. *argum.* Impedimenta confessionis sacr. impediunt etiam ire ad Dominum.

Dominicæ V. post Pascha.

Appropriari potest Conc. 1. An. I. de *contemptu mundi*, fol. 1. & Conc. 2. An. IV. de *Vanit. mundi*, fol. 521. sub Them. *Petite & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum*, Joan. 16. v. 24. *argum.* Qui vult finem, debet & velle media, oratio est medium, ad obtinendum à Deo, quidquid velis.

Ascensioni Domini.

Appropriari potest Conc. 3. An. III. de *Peccat. obstin.* fol. 366. sub Themate: *& exprobravit duritiam cordis eorum.* Mart. ci 16. v. 12. *argum.* investiva in obstinatos peccatores,

Item.

Conc. 6. An. IV. de *Lingua*, fol. 620. sub Them. *linguis loquentur novis*, Matth. 16. v. 17. *argum.* Qui facit restitutionem fanae læsæ linguâ loquitur novâ.

Dominicæ Infra Oct. Ascen.

Appropriari potest Conc. 1. An. III. de *fragil. hum.* sub Themate: *Cum venerit Paraclytus.* Joh. 16. v. 13. *argum.* hic est Spiritus, virtute, cujus, licet ex natura nostra fragiles, reddimur fortes.

Dominicæ Pentecostes.

Appropriari potest Conc. 2. An. I. de *peccato mortali*, fol. 22. sub Them. *ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus*, Joan. 14. v. 23. *argum.* vis, ut in te descendat Spiritus S. ejice ex te omne peccatum,

quia hoc destruit bonitatem Spiritus S.

Feriæ II. Pentecostes.

Appropriari potest Conc. 2. An. I. de *peccato mort.* fol. 22. sub Them. *Omnis, qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus.* Joan. 3. v. 20. *argum.* quantum sit impiorum supplicium videre fæditatem peccatorum suorum.

Item.

Conc. 4. An. III. de *oculo Dei*, seu *ejus misericordia*, fol. 391 sub Them. *omnis, qui agit malum, odit lucem*, Joan. 3. v. 20. *argum.* Deus omnia videt, nec minimum latere potest, hujus tamen oculi tantæ sunt efficaciam, ut non solum hominem convertant, sed & in gratia conservent.

Feriæ III. Pentecostes.

Appropriari potest Conc. 5. An. I. de *SS. Euchar.* fol. 79. sub Them. *Per me si quis introierit, salvabitur & ingredietur & egredietur, & pascha inveniet*, Joan. 10. v. 9. *argum.* Eucharistia, cibus est omnem dulcedinem habens.

Dominicæ SS. Trinitatis.

Appropriari potest. Conc. 5. An. I. de *SS. Euchar.* fol. 79. sub Them. *Ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consumationem seculi*, Matth. 29. v. 20. *argum.* Christus perpetuo manet cum Ecclesia in SS. Eucharistia, de cujus Excellentis & prærogativis hic agendum.

Item.

Conc. 3. An. III. de *peccat. obstin.* fol. 366. sub Them. *Baptizantes eos in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus S.* Matth. 28. v. 19. *argum.* Pœnitentia est

d

alter

alter baptismus, & tam difficilis conversio peccatoris est, ut ad eam tota Trinitas requiratur.

Item.

Conc. 3. An. IV. de Eleemosina. fol. 545. sub Them. *date, & dabitur vobis.* Luc. 6. v. 38. *argum.* Nil gratius Deo, quam subvenire proximi pauperi.

Festo Corporis Christi.

Appropriari potest Conc. 5. An. I. de SS. Euchar. fol. 97. sub Them. *Hic est panis, qui de caelo descendit.* Joan. 6. v. 59. *argum.* in Eucharistia continetur divini in nos amoris dulcedo, & est hoc Sacramentum admirabilis adinventionis, in quo Christus ardentissimum suum amorem, & immensam liberalitatem demonstrat, inde videndum, quomodo communicandum, ut Christus in nobis, & nos in ipso maneamus.

Dominicæ infra octavam Corporis Christi, quæ est II. Pentecostes.

Appropriari potest. Conc. 1. An. I. de Contemptu mundi. fol. 1. & Conc. 2. An. IV. de Vanit. mundi. fol. 521. sub Them. *Vellam emi.* Luc. 14. v. 18. *argum.* & forte nimis caro, nec mirum, nam mundani caro emunt temporalia, cum tamen cælum vilissimo pretio emere possent.

Item.

Conc. 5. An. I. de SS. Eucharistia. fol. 79. sub Them. *Misit servum suum horam Canæ dicere invitatis, ut venirent, quia jam parata sunt omnia.* Luc. 14. v. 17. *argum.* ad Cœnam Domini avidè & mundè, non immundè eundum, cum Eucharistia sit panis & cibus dulcissimus.

Item.

Conc. 3. An. II. de Luxuria, fol. 179 sub

Them. *Uxorem duxi, & ideo non possum venire.* Luc. 14. v. 20. *argum.* Cæteri in hoc Evangelio habuerunt aliquam reverentiam invitatori & se excusârunt, hic autem absolute dicit, quod non possit, nam summum miraculum est, quod libidinosus convertatur.

Dominicæ III. post Pentecost.

Appropriari potest Conc. 3. An. I. de Pœnit. fol. 39. & Conc. 5. An. III. de Lachrym. fol. 415. sub Them. *Gaudium erit in Cælo super uno peccatore pœnitentiam agente.* Luc. 15. v. 10. *argum.* Pœnitentia nunquam differenda.

Item.

Conc. 2. An. II. de avar. fol. 160. sub Them. *Quis ex vobis homo, qui habet centum ovis, & si perdidit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inveniat eam?* Luc. 15. v. 4. *argum.* Divitiarum amor insatiabilis, quarum acquisitio laboris, possessio timoris, amissio plena doloribus invenitur.

Item.

Conc. 4. An. III. de Oculo Dei seu ejus misericordia. fol. 391. sub Them. *quæ hic peccatores recipit, & manducat cum illis.* Lucæ 15. v. 1. *argum.* Quam sollicitus sit Christus Dominus de conversione peccatoris.

Item.

Conc. 6. An. IV. de Lingua fol. 620. sub Them. *Murmurabant Pharisei & Scribæ.* Luc. 15. v. 2. *argum.* Grande malum vitium linguæ, itaque vitandum.

Dominicæ IV. post Pentecost.

Appropriari potest Conc. 1. An. I. de contemptu mundi, fol. 1 & Conc. 2. An. IV. de Vanit. mundi. fol. 521. sub Themate:

Pra.

CONCIONATORIUS.

Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus. Lucæ 5. v. 5. *argum.* Propter faldedinem maris hujus mundi oportet non temporalia illicite piscari, sed æterna.

Item.

Conc. 6. An. I. *de Perseverant.* fol. 79. sub Them. *ascendens autem in unam navim, que erat Simonis, rogavit eum à terra reducere paucillum.* *Ut autem cessavit loqui, dixit ad Simonem: duc in altum.* Luc. 5. v. 3. & 4. *argum.* Perseverantia necessaria ad ob. inendum cælum.

Item.

Conc. 2. An. II. *de avar.* fol. 160. sub Them. *Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus.* Luc. 5. v. 5. *argum.* Divitiæ nihil sunt, & sic congregando divitiæ nihil capit.

Item.

Conc. 6. An. III. *de vitand. occas. pecc.* fol. 44. sub Them. *Et subductis ad terram navibus, relictis omnibus secuti sunt eum.* Luc. 5. v. 11. *argum.* Reliquunt navicula & retia sua, ne fortè ex eorum recordatione ad pristinam vitam secularem revertantur, docentes nos, omnem peccandi occasionem fore evitandum.

Dominicæ V. post Pentecost.

Appropriari potest Conc. 5. An. II. *de ira* fol. 221. sub Themate: *Omnis qui irascitur fratri suo, reuserit iudicio* Matth. 5. v. 22. *argum.* ira quantum vitium, & quomodo inimici reconciliandi, & verè diligendi.

Dominicæ VI. post Pentecost.

Appropriari potest Conc. 1. An. I. *de Contemptum mund.* fol. 1. & Conc. 2. An. IV. *de vanit. mund.* fol. 521. sub Them. *Unde illos quis poterit hic saturare panibus in*

solitudine? Marci 8. v. 4. *argum.* mundani non possunt satiare appetitum, sed magis augent.

Item.

Conc. 2. An. I. *de peccato mortali.* fol. 22. sub Them. *miserere super turbam.* Marci 8. v. 2. *argum.* peccatum de pauperat, deturpat, & cruciat animas.

Item.

Conc. 6. An. II. *de Gula.* fol. 244. sub Themate: *manducaverunt & saturati sunt.* Marc 8. v. 8. *argum.* Gula ex nimia ingurgitatione vini quantum malum.

Item.

Conc. 3. An. IV. *de Eleemosina.* fol. 545. sub Them. *Miserere super turbam.* Marci 8. v. 2. *argum.* ad imitationem Christi libenter debemus misereri pauperum.

Dominicæ VII. post Pentecost.

Appropriari potest Conc. 1. An. I. *de Contemptum mund.* fol. 1. & Conc. 2. An. IV. *de Vanit. mund.* fol. 521. sub Them. *Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces:* Matth. 7. v. 15. *argum.* Mundus, ut decipiat hominem, monstrat ros, & porrigit spinas. *Vel:* per falsos Prophetas intelligi possunt Hypocrytæ, quibus mundus plenus est.

Item.

Conc. 2. An. I. *de pecc. mort.* fol. 22. sub Them. *omnis arbor bona bonos fructus facit.* Matth. 7. v. 17. *argum.* Peccatum est causa afflictionum temporalium.

Item.

Conc. 6. An. I. *de Persev.* fol. 97. sub Them. *omnis arbor que non facit &c.* Matth. 7. v. 19. *arg.* Christus non dixit: quæ non fecit, sed quæ non facit, ut ostendat, nos

nos bonis operibus perseverantes insistere debere.

Dominicæ VIII. post Pentecost.

Appropriari potest Conc. 1. An. 1. de *Contemptu mund.* fol. 1. & Conc. 2. An. IV. de *Vanitate mund.* fol. 521. sub Them. *Homo quidam erat dives, qui habebat Villicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius.* Lucæ 16. v. 1. *argum.* omnia hujus mundi sunt transitoria, & unum sine altero haberi non potest.

Item.

Conc. 2. An. I. de *peccat. mort.* fol. 22. sub Them. *Quid faciam?* Luc. 16. v. 3. *argum.* Peccatum mortale mortem nostram red- dit infelicissimam.

Item.

Conc. 6. An. IV. de *lingua* fol. 620. sub Them. *Homo quidam erat dives, qui habebat Villicum, hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius.* Lucæ 16. v. 1. *argum.* bonam famam proximi non oportet minuere.

Dominicæ IX. post Pentecost.

Appropriari potest Conc. 1. An. 1. de *Contemptu mund.* fol. 1. & Conc. 2. An. IV. de *Vanitate mund.* fol. 521. sub Them. *Non relinquent in te lapidem super lapidem.* Luc. 19. v. 44. *argum.* non curanda terrestria, modo capiamus cœlestia.

Item.

Conc. 2. An. I. de *peccat. mort.* fol. 22. sub Them. *flevit super illam dicens: si cognovisses & tu.* Luc. 19. v. 42. *argum.* Peccatum obscurat & excæcat intellectum humanum.

Dominicæ X. post Pentecost.

Appropriari potest Conc. 2. An. I. de *peccat. mort.* fol. 22. sub Them. *Publicanus*

à longè stans nolebat oculos ad cœlum levare. Luc. 18. v. 13. *argum.* peccatum mortale privat nos felicitatibus cœli.

Item.

Conc. 7. An. II. de *Superbia.* fol. 141. sub Them. *Qui se exaltat humiliabitur.* Lucæ 14. v. 11. *argum.* Quomodo vitium superbiæ hominem præcipitet.

Item.

Conc. 5. An. IV. de *Oratione.* fol. 592. sub Them. *duo homines ascenderunt in templum, ut orarent.* Luc. 18. v. 10. *argum.* Oratio utilis, maximè quæ fit unitis viribus.

Item.

Conc. 6. An. IV. de *Lingua.* fol. 620. sub Them. *Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum: raptores, injusti, adulteri & c.* Luc. 18. v. 11. *argum.* aliorum peccata revelare non convenit.

Dominicæ XI. post Pentecost.

Appropriari potest Conc. 1. An. 1. de *Contemptu mund.* fol. 1. & Conc. 2. An. IV. de *Vanitate mund.* fol. 521. sub Them. *Bene omnia fecit.* Marc. 7. v. 37. *argum.* Solus Deus potest dici, quod fecerit res, non vero mundus, quia, quæ Deus facit continuo manent, illa verò, quæ nobis dat mundus, continuo transeunt, nec manent.

Item.

Conc. 5. An. III. de *Lachrymis.* fol. 415. sub Them. *Et suspiciens in cœlum ingemuit.* Marc. 7. v. 32. *argum.* Et cur? ut doceret nos lachrymari, quia sanè nihil gratius esse Deo potest, quam lachrymæ ob ejus offensum emissæ.

Item.

Conc. 6. An. III. de *vitand. occas. peccandi.* fol. 441. sub Them. *apprehendens eum de turba duxit seorsum.* Marc. 7. v. 33. *argum.* Christus Dominus hodierno Evangelio mite-

CONCIONATORIUS.

miserum hominem, antequam sanaret, de turba duxit seorsum, id est, sensu morali removit illum ab occasionibus peccandi.

Item.

Conc. 6. An. IV. de *Lingua*. fol. 620. sub Them. *loquebatur recte*. Marc. 7. v. 35. *arg.* Vitia linguæ, præ cæteris autem detractio vitanda.

Dominicæ XII. post Pentecost.

Appropriari potest Conc. 1. An. I. de *Contemptu mundi*. fol. 1. & Conc. 2. An. IV. de *Vani mundi*. fol. 521. sub Them. *Quis est meus proximus?* Luc. 10. v. 29. *argum.* cum proximus sit quasi amicus, interrogari potest: quis est meus amicus? ac doceri, fictum amicum, imò inimicum capitalem esse mundum, quia quamvis tibi os obliuiat byssinis verbis, hoc tamen idè facit, ut in alterâ vita te perdat.

Item.

Conc. 6. An. IV. de *lingua*. fol. 620. sub Them. & *proximum sicut te ipsum*. Luc. 10. v. 27. *argum.* Charitati proximi nihil magis contrarium quam vitium detractionis.

Dominicæ XIII. post Pentecost.

Appropriari potest Conc. 2. An. I. de *peccat. mort.* fol. 22. sub Themate: *occurrerunt ei decem leprosi*: Luc. 7. v. 12. *arg.* Lepra peccati quomodo spiritualiter curetur, nimirum sanguine Christi & lachrymis contriti cordis, vel peccato nihil peccatilius, cum multos inficiat.

Item.

Conc. 6. An. III. de *vitand. occas. peccandi*. fol. 441. sub Them. *unus ex illis, ut vidit, quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum*. Luc.

17. v. 15. *argum.* Societas prava seu occasio peccandi nunquam sequenda sed semper fugienda.

Dominicæ XIV. post Pentecost.

Appropriari potest Conc. 2. An. II. de *avarit.* fol. 160. sub Them. *non potestis duobus Dominis servire, Deo & Mammona*, Matth. 6. v. 24. *argum.* in vectiva in avaros, quod plus æstiment divitias, quam ipsum Deum.

Item.

Conc. 4. An. IV. de *Tribul.* fol. 568. sub Themate: *Sicut Pater vester, quia his omnibus indigetis*. Matth. 6. v. 32. *argum.* Deus tanquam Pater nihil temerè agit vel permittit, mittit verò nobis adversa non in nostrum detrimentum, sed in maximum eventura emolumentum.

Dominicæ XV. post Pentecost.

Appropriari potest Conc. 2. An. I. de *peccat. mort.* fol. 22. sub Themate: *Ecce defunctus efferebatur*. Luc. 7. v. 12. *argum.* verè defunctus Deo dici potest homo in peccato mortali constitutus.

Item.

Conc. 3. An. I. de *Pœnit.* fol. 39. & Conc. 5. An. III. de *Lachrymis*, fol. 415. sub Them. quod supra. *argum.* Qui pœnitentiam agit, prioribus peccatis commissis defunctus dici potest.

Item.

Conc. 4. An. III. de *Oculo Dei*, seu *eius Misericordia*. fol. 391. sub Them. *Misericordia motus super eam*. Luc. 7. v. 13. *argum.* Gratia Dei non deferit, sed respicit peccatorem.

Dominicæ XVI. post Pentecost.

Appropriari potest Conc. 1. An. I. de *Contemptu mund.* fol. 1. & Conc. 2. An. IV. de *Vanis. mund.* fol. 521. sub Them. *Ecce homo quidam hydropicus erat ante eum.* Lucæ 14. v. 2. *argum.* Quàm vana hujus mundi imago.

Item.

Conc. 2. An. II. de *superbia.* fol. 141. sub Themate: *Cùm invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco.* Luc. 14. v. 8. *argum.* Proprium est hominibus, ut plus se æstiment quàm sint, & mereantur, velintque eos honores, qui ipsis non debentur, unde nil miri, quòd hodie rustici se æstiment cives, & cives se habeant velut nobiles, opifices velut mercatores.

Item.

Conc. 2. An. II. de *Avaritia.* fol. 160. sub Them. *Hydropicus erat ante illum.* Lucæ 14. v. 2. *argum.* Quantum malum sit avaritia, & per hydropem fetidum illum morbum plerumque SS. PP. intelligunt, turpe ac insatiabile vitium avaritiæ.

Item.

Conc. 4. An. II. de *Invidia.* fol. 200. sub Them. & *observabant eum.* Luc. 14. v. 1. *argum.* Quantum malum sit invidia, quo vitio Pharisei corrupti observabant Christum, an scil. hydropico sanitatem sabbato conferat.

Item.

Conc. 6. An. IV. de *Lingua* fol. 620. sub Them. & *ipsi observabant eum.* Luc. 14. v. 1. *argum.* Invectiva in detractores.

Dominicæ XVII. post Pentecost.

Appropriari potest Conc. 1. An. I. de *Contemptu mund.* fol. 1. & Conc. 2. An. IV. de *Vanis. mundi,* fol. 521. sub Themate:

non sunt amplius ausi eum interrogare. Matth. 22. v. 46. *argum.* cum enim non nisi mundana cogitent, non capiebant cœlestia neque ausi sunt amplius interrogare. Ita & vide tu, ne mundanus sis, sed cogita, te pro cœlo conditum esse.

Dominicæ XVIII. post Pentecost.

Appropriari potest Conc. 2. An. I. de *peccat. mort.* fol. 22. sub Themate: *ecce offerebant ei paralyticum jacentem in lecto.* Matth. 9. v. 9. *argum.* Christus D. delectabatur tum in Fide, tum in diligentia offerentium, cujus intuitu paralyticum istum curavit, unde descendendo à paralyti ad peccata, talia nulla dantur, quibus mederi nequeat diligentia.

Item.

Conc. 4. An. I. de *Confess.* f. 58. sub eod. Themate: *argum.* necessitas & integritas Confessio Sac. & quomodo sit facienda.

Item.

Conc. 6. An. IV. de *Lingua,* fol. 620. sub Them. & *ecce quidam de scribis dixerunt intra se: hic blasphemat:* Matth. 9. v. 3. *argum.* vitium pessimum detractionis præ viribus vitandum.

Dominicæ XIX. post Pentecost.

Appropriari potest Conc. 2. An. II. de *avarit.* fol. 160. sub Them. *misit servos suos, vocare invitatos ad nuptias, & noluerunt venire.* Matth. 22. v. 3. *argum.* divitiæ avaris sunt nocivæ, moleste, vanæ, & nullæ.

Item.

Conc. 2. An. III. de *peccat. Ven.* fol. 339. sub Them. *reliqui tenuerunt servos ejus.* Matth. 22. v. 6. *argum.* multum interest, ne via iniquitatis incipiamus, nam hi, de quibus in Evang. non ita male tractassent servos,

CONCIONATORIUS.

servos, nisi gradatim à minoribus ad majora perrexissent.

Dominicæ XX. post Pentecost.

Appropriari potest Conc. 6. An. I. de *Persev.* fol. 97. sub Themate: *vade, filius tuus vivit.* Joan. 4. v. 50. *argum.* ac si diceret: *vade*, id est profectum continuum circa bonum ostende, si autem ambulare cessaveris; mortificabitur tibi intellectus circa boni operationem.

Item.

Conc. I. An. IV. de *educ. filior.* fol. 456. sub Them. *erat quidam Regulus cujus filius infirmabatur Capharnaum.* Joan. 4. v. 46. *argum.* Potens est amor erga filios, & optime fecit Regulus, quo fuerit sollicitus de sanitate filii sui, à natura enim & à Deo parentes obligantur ad habendam curam filiorum.

Item.

Conc. 4. An. IV. de *Tribulat.* fol. 568. sub eodem Them. *argum.* adversitates in hoc mundo sanant animam, & eam dignam reddunt Paradiso.

Dominicæ XXI. post Pentecost.

Appropriari potest Conc. 3. An. I. de *Pœnitentia.* fol. 39. & Conc. 5. An. III. de *Lachrym.* fol. 415. sub Them. *Procidens autem servus ille &c.* Matth. 18. v. 26. *argum.* Pœnitenti & dolor de peccatis facillimè obtinet eorum veniam.

Item.

Conc. 5. An. II. de *ira.* fol. 221. sub Them. *sic faciet vobis pater meus cœlestis, si non remiseritis unusquisque Fratri suo de cordibus vestris.* Matth. 18. v. 35. *argum.* Quomodo sit gloriosum ignoscere inimicis, & quomodo debeamus ignoscere.

Item.

Conc. 3. An. III. de *peccat. obstinat.* fol. 366. sub Them. *Patientiam habe in me.* Matth. 18. v. 29. *argum.* Mox ut cœpit cum minus exagitare, cœpit servus quoque se convertere, in quo elucet magna peccatoris obstinatio, quod hic, licet affligatur, tamen non convertatur.

Dominicæ XXII. post Pentecost.

Appropriari potest Conc. 3. An. II. de *Luxuria.* f. 179. sub Them. *Cujus est imago hac?* Matth. 22. v. 20. *argum.* Homo ad imaginem Dei creatus per hoc vitium luxuriæ tot-liter deturpatur.

Conc. 4. An. IV. de *Tribul.* fol. 568. sub Them. *Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces.* Matth. 22. v. 16. *argum.* Christus docuit suo exemplo, quod debeamus pati, itaque quò magis patimur in hac vita cum Christo, eò magis in altero cum ipso in gloria sublimandi sumus.

Item.

Conc. 2. An. I. de *peccat. mort.* fol. 22. sub Them. *cujus est hac imago?* Matth. 22. v. 20. *argum.* rectè quaritur, cujus sit imago hominis in peccato constituti.

Item.

Conc. 3. An. I. de *Pœnit.* fol. 39. & Conc. 5. An. III. de *Lachrymis,* fol. 415. sub Themate: *reddite, quæ sunt Cesaris, Cesaris, & quæ sunt Dei, Deo.* Matth. 22. v. 21. *arg.* Imago hominis, Dei Creatoris & Redemptoris est, ergò redde per pœnitentiam Deo, quæ Dei sunt.

Item.

Conc. 4. An. II. de *Invidia.* fol. 200. sub Them. *Consilium inierunt, ut caperent Jesum in sermone.* Matth. 22. v. 13. *argum.* hoc

INDEX CONCIONAT.

hoc vitio inuidiæ corrupti Pharifæi voluerunt tentare ipsum Christum.

Dominicæ XXIII. post Pentecost.

Appropriari potest Conc. 3. An. III. de *Peccat. obstin.* fol. 366. sub Themate: *Ecce mulier qua sanguinis fluxum pariebatur duodecim annis.* Matth. 9. v. 29. *Argum.* per fluxum sanguinis annorum duodecim cum quibusdam SS. PP. intellige malam peccandi consuetudinem inveterati peccatoris, nec spes est. ut impiustalem consuetudinem deponat, & à fluxu sanguinis liberetur nisi Christus specialem largiatur gratiam.

Item.

Conc. 5. An. IV. de *Oratione.* f. 592. sub Themate: *Ecce Princeps unus accessit & adorabat eum dicens: Domine filia mea modo defuncta est.* Matth. 9. vers. 18. *Argum.* oratio apud Deum quàm plurimum valet.

Dominicæ XXIV. post Pentecost.

Appropriari potest Conc. 2. An. I. de *peccat. mort.* fol. 22 sub Themate: *cum videritis abominationem desolationis.* Matt. 24. v. 15. *Argum.* Per abominationem, de quâ hic loquitur Christus D. intellige in sensu mystico peccatum mortale, quod Deus castigat & punit gravissimis pœnis, & quod omnium afflictionum causa est.

Item.

Conc. 3. An. I. de *Pœnit.* fol. 39. & Conc. 5. An. III. de *Lachrym.* fol. 415. sub Them. *orate, ne fuga vestra fiat in hyeme vel Sabbato.* Matth. 24. v. 20. *Argum.* Pœnitentia difficilis est in senectute & articulo mortis.

Diei Dedicationis Templi.

Appropriari potest Conc. 1. An. I. de *contempt. mund.* fol. 1. & Conc. 2. An. IV. de *Vanit. mund.* fol. 521. sub Themate: *festinans descendit, & excepit illum gaudens.* Luc. 19. v. 6. *Argum.* apud temporalia non est sedendum, id est inharendo iis per desideria, sed tantum standum per resignationem & contemptum eorum.

Item.

Conc. 3. An. I. de *Pœnit.* fol. 39. & Conc. 5. An. III. de *Lachrym.* fol. 415. sub Themate: *hodie salus huic domui facta est.* Luc. 19. v. 9. *Argum.* Deus impœnitentes & induratos percutit Pharaones, & pronos ad pœnitentiam suscipit Zachæos.

Item.

Conc. 4. An. III. de *Oculo Dei.* seu *ejus Misericordia.* fol. 391 sub Them. *Zachæe, festinans descende.* Luc. 19. v. 5. *Argum.* Si Gratia Dei quem vocat, festiniter cum Zachæo de arbore peccatorum descendendum est.